1 **acūtus, a, um.** *adi.* **FORMA** *comp.* acutior^{x62}, *sup.* acutissimus^{x109}; *dem.* acutulus^{x2} **ETYM** acuere. **DLAT** acutare, acutatus, acute, acutela, Acutilius, Acutius, exacutus, praeacutus, bisacutus; acutulus; *subs.* acutus? **DROM** *cast.*, *port.* agudo, *cat.* agut, *fr.* aigu, *it.* acuto. [**FREQ** media **1105**^{indicia} **70**$^{/d.c.m.}$ 254-184 PLAUT] *uocabulum scriptis technicis ad medicinam pertinentibus frequens, item litterariis omne genus, omnibus usibus, prosa magis quam uersu; omnibus temporibus apparet semper pro rata parte similiter.*

VARIATIO		indicia	p$^{/d.c.m. subc.}$
OPERUM	exponendo	525	178
	narrando	163	30
	argumentalis	368	57
	dramatica	6	13
	lyrica	27	94
	satirica	16	83
DIACHRONICA	III-II aec.	5	12
	I aec.	220	79
	I-II ec.	300	77
	III-V ec.	580	67
DIAPHASICA	quotidiana	20	35
	media	975	75
	docta	110	52
DIASTRATICA	litteraria	585	45
	technica	520	188
MODUS	prosa	975	71
	uersu	130	61

¶ **a1** *primo ad rem pertinuit quam in aciem conclusam repraesentat • aparece primero calificando una referencia como aguda, puntiaguda o penetrante* [**REL** acrus, aculeatus^{a}, acuminatus^{a}, acutatus, exacutus^{a}, pinnus, praeacutus, tenuis **ANT** →retusus] 254-184 PLAUT Capt 647. macilento ore, naso acuto. 65-54 CATULL 63.5. Attis ... deuolsit ilei acuto sibi pondera silice. 380-430 PALLAD 1.42.2. falces a tergo acutas atque lunatas.

a2 *uocabulis hoc sensu praeditis coniungitur • se aplica a palabras cuyo contenido semántico conlleva lo agudo o afilado* [**DOM** acumen, cacumen] 29-9 LIV 37.27.7. collis est in modum metae in acutum cacumen a fundo satis lato fastigatus. 1 OV Ars 1.381. Non ego per praeceps et acuta cacumina uadam. 2-8 OV Met 6.56. inseritur medium radiis subtemen acutis. 50 CURT 8.11.6. *petrae* ... summa in acutum cacumen exsurgunt. 79 PLIN Nat 27.142. tragos, quam aliqui scorpion uocant ... acuto acumine. 380-420 CHALC comm1.21. ignis ... acumen, quod est acutus et penetrans. 🕮 **GLOSS** 4.6.16. acutum acuminatum. 3.178.55. ὀξύς.

quae praesertim tritarum rerum fragmenta, seu fictilium seu osseorum • especialmente a los fragmentos cortantes de objetos rotos, de cerámica o hueso 29-9 LIV 32.17.14. hastile fragmento ipso acuto inter spicula integrarum hastarum uelut uallum explebat. 60 COLUM 6.15.1. si forte surculum calcauerit, aut acuta testa uel lapide ungulam pertuderit. 353-431 PAUL NOL Epist 18.7. acuto testarum fragmine laniata immanibus plagis membra subtritus es.

a3 *acuti qualitate ad sensus specialiter pertinente,* acutus *his sonis qui aures lacerant praesertim applicatur • la cualidad de agudo está muy presente en la recepción sensorial; se aplica especialmente a los sonidos que agreden los oídos* [**DOM** sonus, grauis] 239-169 ENN Ann frg 544. lituus sonitus effudit acutos. 55 CIC De orat 3.227. acutissimus clamor. 23 HOR Carm 1.34.15. apicem rapax Fortuna cum stridore acuto sustulit. 2-8 OV Met 5.204. sonuit tinnitibus ensis acutis. 125 APUL Mund 29. concinentium uulgus uirorum et feminarum, mixtis grauibus et acutis clamoribus, unam harmoniam resonant. 400 PS THEOD PRISC Add. Hoc ... auribus auditum acutissimum praebet. 400-430 MAR VICTOR Aleth 3.269. stridit gemituque minas imitatur acuto.

item his ad tonum acutum pertinentibus applicatur, quod musicis instrumentis graui oppositum est • así como a los relacionados con el tono agudo, opuesto al grave en los instrumentos musicales 54-52 CIC Rep 6.18. acuta cum grauibus temperans uarios aequabiliter concentus efficit. 30-22 VITR 5.4.7. Tetrachorda autem sunt quinque ... quintum, quod est acutissimum, graece hyperbolaeon dicitur. 125 APUL Flor 3. Primus Hyagnis ... acuto tinnitu et graui bombo concentum musicum miscuit. 238 CENS 11. tibiae incremento longitudinis fiunt grauiores, chordae autem augmento additi ponderis acutiores.

ad humanam uocem certe pertinuit, item animalium • por supuesto, apareció aplicado a la voz humana y a la de los animales [**DOM** uox] 86-82 RHET Her 3.21. Et acutas uocis exclamationes uitare debemus. 65-54 CATULL 63.24. Maenades ... sacra sancta acutis ululatibus agitant. 37-29 VERG Georg 3.94. altum Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto. 60 COLUM 8.5.3. *gallina* crebris singultibus interiecta uoce acuta. 125 APUL Flor 17. luporum acutus ululatus. 60 PETRON 41.7. poemata domini sui acutissima uoce traduxit. 370-400 PHYSIOGN 78. Qui incipiunt a graui uoce et in acutam desinunt, faciles ad fletum ac lugubri animo sunt. 🕮 **GLOSS** 4.6.38. acuta uox alta sicut in cordis est.

minus frequenter ad gustum pertinuit; hic acer *et* acetum *magni momenti sunt • en menor número de veces se aplicó al gusto; aquí es evidente la influencia de* acer *y su derivado* acetum 79 PLIN Nat 27.122. Poterion ... est gustu acuto et odorato. 19.140. sapore acuti. 96-113 PLIN Epist 7.3.5. Ut dulcibus cibis acres acutosque miscerem. 420 CAEL AUR Acut 4.1.33. acutas potiones ... qualitate acutas, ut est acetum.

item ad odoratum et odorem pertinuit • también se aplicó al olfato y al olor 79 PLIN Nat 21.58. *conyza* mas odore grauior, femina acutior et ideo contra bestiarum morsus aptior.

item ad uisum • así como a la vista [**DOM** acies, oculus] 191 PLAUT Pseud 1219. Rufus quidam ... acutis oculis. 54 CIC Planc 66. sensi populi Romani auris hebetiores, oculos autem esse acris atque acutos. 380-420 PHYSIOL 20.12. acutissimam habet aciem oculorum caprea. 383 HIER Hom Orig Ezech 11.1. oculorum acies, si exercitetur in uisu, acutior fiat ad uidendum.

a4 *ad ferramenta quoque pertinuit, quae acuta esse debebant • se aplicó también a las herramientas, que debían estar afiladas* [**DOM** ferramentum, ferrum] 30 CELS 7.22.1. Ramex ... adurendus est tenuibus et acutis ferramentis. 2-8 OV Met 9.383. ab acutae uulnere falcis ... frondes defendite nostras. 60 COLUM 9.8.11. acutissima serra. 9.13.12. acutissimo ferro. Arb 10.2. Arida et uetera ... acuta dolabra abradito. 380-430 PALLAD 7.5.3. *gemmae* subtiliter corticem leuabis acutissimo scalpro, ne gemma laedatur. 412-427 AUG Ciu 1.15.3. *Regulo* clauis ... acutissimis undique confixo. 430 DAMIG Lapid 16.10. genus ... uelut acutos habens clauellos.

uel ad utensilia quotidiana • o a utensilios de cada día 50 SEN Nat 4b.6.3. digitum suum bene acuto graphio pungebat. 50-60 CALP 5.73. circumspice, ne sit acuta forpice laesa cutis. 60 COLUM 12.48.1. acutissimo cultello. 397 HIER Epist 70.2. Isaias nouacula acuta barbam ... radit. 405 PRUD Perist 9.44. adest acutis agmen armatum stilis. 419 AUG Quaest hept 6.6. Fac tibi ipsi cultros de petra acutos.

uel ad stipites surculosque • o a los palos de madera y las astillas 52-51 CAES Gall 7.73.4. qui intrauerant, se ipsi acutissimis uallis induebant. 52-51 CAES Gall 5.18.3. Ripa ... erat acutis sudibus praefixis munita. 79 PLIN Nat 8.96. acutissimam ... stirpem. 380-430 PALLAD 12.22.3. *oliuas* intercides acuto calamo. 395-415 MARCELL 20.221. Scillae libram comminues de astula lignea acuta minutissimis partibus. 25.32. Radix bugillonis ... eruitur palo acuto.

medicorum instrumenta peracuta esse debent secandi causa • el instrumental quirúrgico debe presentar unas posibilidades óptimas de corte 30 CELS 7.7.4b. Tum idem medicus hamulum acutum ... subicere extremo ungui debet. 390 VEG Mulom 2.38.1. Si prope polypus fuerit, acutissimo exsecabitur ferramento. 400 CASS FEL 8.3. acuto flebotomo.

item arma telaque • y, por la misma razón, las armas [**DOM** cuspis, ferrum, gladius, sagitta] 201 PLAUT Epid 185. acutum cultrum habeo. 30 HOR Epod 17.10. tela acuta torserat. 29-19 VERG Aen 11.574. iaculo palmas armauit acuto. 23 OV Epist 14.45. ter acutum sustulit ensem. 2 OV Rem 27. uitricus et gladiis et acuta dimicet hasta. 5 OV Fast 4.189. me sonus aeris acuti terret.

a5 BOT *ad spinas pertinuit • fue aplicado a las espinas* 42-39 VERG Ecl 5.39. pro molli uiola, pro purpureo narcisso carduos et spinis surgit paliurus acutis. 60 COLUM 10.1.1. nec manibus mitis ferulas nec cruribus aequa terga rubi spinisque ferat paliuron acutis. 405 PRUD Apoth 56. Deus in spinis uolitabat acutis.

ad folia uel totam plantam • a las hojas o la planta entera 50-60 CALP 3.94. ipse procul stabo ... acuta carice tectus. 60 COLUM 12.49.3. Quidam oliuam non contundunt sed acuta harundine insecant. 63-65 SEN Epist 82.24. nihil est acutius arista. 79 PLIN Nat 19.186. acuti et odorati apii. 368-386 AUSON Epist 21.15. Incubuit foliis ... leuis eurus acutis. 370-405 PRUD Psych 443. non piget adtritis pedibus per acuta frutecta.

item ad arbores • así como a árboles 23 OV Epist 5.137. cornigerum ... caput pinu praecinctus acuta Faunus. 2-8 OV Met 3.155. uallis erat piceis et acuta densa cupressu.

a6 ZOO *ad certas animalium partes pertinuit, immo hominis • se aplicó a ciertas partes de los animales, incluido el ser humano* [**DOM** cornu, dens, unguis] 45 CIC Ac 2.2. lunae ... alias hebetiora alias acutiora uidentur cornua. 25 OV Am 3.5.39. pectora ... rostro cornix fodiebat acuto. 1-99 PS VERG Ciris 507. pedibus teneris unguis affixit acutos. 30 CELS 2.6.1. nares acutae. 6.12.1. uidendum ... est, num contra dens aliquis acutior sit. 79 PLIN Nat 11.159. cornea et acuta uolucribus rostra. 100-128 IUV 5.41. custos adfixus ibidem, qui numeret gemmas, ungues obseruet acutos. 125 APUL Met 6.12. *oues* cornu ... acuto et fronte saxea. 350 SOL 53.40. Cornu e media fronte eius protenditur ... ita acutum ut quicquid impetat, facile ictu eius perforetur. 400 EUSTATH Basil 9.5. Belluis ... carnisumis acutos dentes apposuit.

a7 GEO *ad cautes et saxa pertinuit • fue aplicado a las rocas y escollos* [**DOM** cautes, saxum, scopulum] 30-15 PROP 3.7.61. ah miser alcyonum scopulis affligar acutis! 29-19 VERG Aen 5.205. concussae cautes et acuto in murice remi obnixi crepuere. 1.144. Cymothoe simul et Triton adnixus acuto detrudunt nauis scopulo. 5 OV Fast 4.237. ille etiam saxo corpus laniauit acuto. 63-65 SEN Ag 571. haerent acutis rupibus fixae rates. 180 HYG Fab 116.3. facem ardentem eo loco extulit quo saxa acuta et locus periculosissimus erat. 353-431 PAUL NOL Carm 10.223. Bilbilim acutis pendentem scopulis. 🕮 **GLOSS** 4.5.37. acuto murice : saxis asperis. 4.486.13. acuto aspero.

ad gelu • al hielo 23 HOR Carm 1.9.4. uides ut ... gelu ... flumina constiterint acuto? 388-390 AUG Mus 4.14.17. flumina constiterint acuto gelu.

ad montes • a las montañas 388-390 AUG Mus 4.14.31. Montes acuti.

ad Lunam crestentem aut decrescentem • a la luna creciente o menguante [**REL** lunatus^{a}] 95 QUINT Inst 7.2.7. Quaeritur ... an ... luna globosa an plana an acuta.

uel ad frigus uehemens • o al frío penetrante 400 CASS FEL 54.8. contingit ... ex frigore nimis acuto.

a8 MED *ad* febris *saepe pertinuit • se aplicó frecuentemente a* febris [**DOM** febris] 30 CELS 2.6.10. Frigidus ... sudor in acuta febre pestifer est. 400 CAEL AUR Diaet pass 16. ex febricula acuta. 🕮 **GLOSS** 3.363.9. febris acuta : πυρετὸς ὀξύς.

item ad dolorem • también al dolor 63-65 SEN Epist 78.9. Dentium, oculorum, aurium dolor ... acutissimus est. 400 PS THEOD PRISC Add. tunc haec facienda scito, quando dolor intolerabilis et acutissimus fuerit.

acritudinem morbi maximam indicauit • indicó la intensidad máxima de la dolencia 420 CAEL AUR Acut 3.17. De acuto tormento, quod Graeci ileon appellant. 2.25.142. est ... peripneumonia strictura uehemens atque acuta pulmonis.

cum uocabulis aegritudinem significantibus coniunctum morbi cacumen indicauit, contra longus, *i. e. tempore perductus; is usus generalis stetit • aplicado a palabras que designaban la enfermedad, significó el estadio agudo, opuesto a la* longus *'crónico'; este uso fue de dominio general* [**DOM** aegritudo, longus, morbus, strictura] 20 HOR Epist 1.6.28. Si latus aut renes morbo temptantur acuto, quaere fugam morbi. 30 CELS 4.15.1. morbus iocineris aeque modo longus, modo acutus esse consueuit. 417-418 OROS Hist 3.4.2. repentinos acutarum infirmitatum ... transcursus.

sed ad medicinam magis pertinuit • pero fue más frecuente en el ámbito propiamente médico 30 CELS 2.1.5. Longis morbis senectus, acutis adulescentia magis patet. 201 SER 2.1. portio si capitis morbo temptatur acuto. 400 CASS FEL 30.1. in aegritudine acuta.

aequus Graeci uocabuli ὀξύτης *usus fuit • fue la equivalencia latina del griego* ὀξύτης 400 CASS FEL 49.6. Et sunt ictericorum distantiae duae, una cum febricula, et appellatur a Graecis oxites id est acuta.

a9 GEOM, AGRIM *ad angulum in cacumen terminatum pertinuit, cuius forma Lunam crescentem seu decrescentem referebat • se aplicó al ángulo agudo, relacionado por su forma con el creciente o menguante de la luna* [**REL** →rectus **DOM** angulus, directus, hebes, obtusus, rectum **SIM** lunatus] 102-106 BALB Grom 100. Genera angulorum rationalium sunt tria, rectum ebes acutum. 103. Lunati autem acuti, quod exilissima tenuitate finiuntur. 380-420 CHALC comm1.239. angulus, cum erit acutus, imaginem uultuum nostrorum facit in speculo uideri. 430 MART CAP 6.710. Angulus maior directo obtusus dicitur, minor directo acutus. 🕮 **GLOSS** 4.404.24. acutus panis : triangulus.

a10 GRAM *accentus qualitatem acutam indicauit • calificó el acento como agudo* [**REL** accentus^{a} **DOM** accentus, circumflexus, grauis, syllaba] 160 GELL 6.7.8. neque ... 'ad' particula satis commode accentu acuto pronuntiatur. 430 MART CAP 3.268. una quaeque ... syllaba aut grauis est aut acuta aut circumflexa. 🕮 EXPLAN In Don 532. acuta tenuior ... quam grauis.

a11 *ad motum pertinuit, qualis celer seu uelox • fue aplicado al movimiento, calificándolo de veloz o ágil* [**REL** →uelox] 80-90 STAT Theb 6.792. motu Spartanus acuto. 🕮 PAUL FEST 101. hippacare est celeriter animam ducere, ab equi halitu, qui est supra modum acutus. **GLOSS** 4.204.46. uelox, agilis.

b1 *a principio semantizatum est, animi uel intellectus opus ut argutum uel subtile • desde muy pronto fue semantizado, presentando una realidad moral o intelectual como aguda, penetrante o sutil* [**REL** →argutus^{b}] 191 PLAUT Pseud 1219. Rufus quidam ... acutis oculis. 70 CIC Diu in Caec 28. *Siculi*, hominum genus nimis acutum et suspiciosum. 60 COLUM 1.3.9. acutissimam gentem Poenos dixisse conuenit. 60 PETRON 24.2. O, inquit, hominem acutum atque urbanitatis uernaculae fontem! 63-65 SEN Epist 90.13. Utraque inuenit aliquis excitati ingenii, acuti. 96-113 PLIN Epist 3.21.1. Erat homo ingeniosus acutus acer, et qui plurimum in scribendo et salis haberet et fellis nec candoris minus. 200 VET LAT Sap 8.11. acutus inueniar in iudicio. 397-401 AUG Conf 9.8.18. protulisti durum et acutum ... conuicium.

GRAM *gerund.*, ad *uocabulum pradicans fuit quo ambitu acutum esset demonstrans • fue palabra predicativa, indicando el ámbito en que algo era penetrante* 35-32 NEP Dion 8.1. Callicrates ... homo et callidus et ad fraudem acutus. 210-213 TERT Anim 20.5. Thebis hebetes et brutos nasci relatum est, Athenis sapiendi dicendique acutissimos. 380-420 CHALC comm1.328. Ait esse in hominum ingeniis uim quandam cerae simillimam, quae faciat et acutos ad intellegendum. 400 AUG C Faust 14.9. Felix ... cor acutum ad ueritatem.

b2 *ad intellectum pertinens arguti qualitatem in melius acceptam significauit • en ámbitos intelectuales, en general implicó la cualidad positiva de perspicaz o sagaz* [**REL** →argutus^{b} **DOM** animus, doctissimus, homo, ingenium] 68-44 CIC Att 8.13.1. uidesne in quem hominem inciderit res publica, quam acutum, quam uigilantem, quam paratum? 55 CIC De orat 1.223. acuto homine nobis opus est et natura usuque callido. 95 QUINT Inst 12.10.39. in priuatis et acutus et distinctus ... M. Tullius. 398 AUG Serm 30.336.5. si bene attendamus, si diligenter intueamur, si oculum acutum geramus. 🕮 **GLOSS** 4.486.12. sagax, prophetes, peritus, sollers.

philosophi acuti et sollerti uidebantur • los filósofos son considerados gente aguda e inteligente 62-43 CIC Fam 9.22.1. hoc Zenoni placuit, homini mehercule acuto. 55 CIC De orat 1.50. eum, quem acutissimum ferunt, Chrysippum. 44 CIC Diu 2.150. philosophi ... in primis acuti et consequentia et repugnantia uidentes, qui prope iam absoluti et perfecti putantur. 410 AUG Epist 118.33. Plotini schola Romae floruit, habuitque condiscipulos, multos acutissimos et solertissimos uiros.

item scriptores quidam • también ciertos escritores 55 CIC De orat 2.93. sunt ... Pericles atque Alcibiades et ... Thucydides, subtiles, acuti, breues, sententiisque magis quam uerbis abundantes. 395 HIER Epist 57.5. Horatius uir acutus et doctus. 397 HIER Epist 70.5. Quid Tertulliano eruditius, quid acutius. 412-427 AUG Ciu 7.28.1. uir doctissimus et acutissimus Varro.

uel oratore • u oradores 95 QUINT Inst 12.10.39. 392-393 HIER Soph . Carneades ... acutissimus rhetorum. 400 HIST AUG Trig tyr 4.2. *Quintilianum* declamatorem Romani generis acutissimum ... demonstratum.

alias tamen malam opinionem praebet • otras veces, sin embargo, añade una visión desfavorable 45 CIC Luc 98. *Clitomachus* homo ... acutus ut Poenus. 35-32 NEP Dion 8.1. 160 GELL 17.5.3. rhetoricus quidam ... haut sane ignobilis ex istis acutulis et minutis doctoribus, qui τεχνικοί appellantur.

CHRIS *philosophos paganos increpatibus Christianis, libertatem acutam cogitandi uerbo biblico repugnantem esse paulatim existimatum est, quod inconstantiam nec mutationes nullas admittit, subtili examine sicut infidelitatis uel superbiae indice facto, quasi reuelationem diuinam contemnente • en su crítica a los pensadores paganos, los cristianos fueron paulatinamente considerando que la aguda libertad de pensamiento estaba reñida con la palabra bíblica, que no admite revueltas, quedando por fin el examen sutil como indicador de descreimiento o de soberbia, pues parecía despreciar la revelación divina* 353-431 PAUL NOL Epist 40.7. ut inter huius seculi tenebras acutam aciem defaecatae mentis intendat. 394 HIER Epist 52.4. Ne a me quaeras ... per fines capitulorum singulorum acuta quaedam breuiterque conclusa, quae plausus et clamores excitent audientium.

b3 *itaque cum* callidus *coniunctum est • con ello, fue adquiriendo en cierto modo el significado de astuto, interesado o demasiado avisado* [**REL** →callidus^{a}] 398 AUG Serm 10.82.1. Eius quippe dixit acutum oculum ad eiciendam festucam de oculo fratris sui, qui trabem in oculo suo non habet. 398 AUG Serm 46.28. Iste sapientior omnibus bestiis, astutus et acutus ad decipiendum agnoscitur. 411-412 AUG Epist 137.16. peritias acutorum, facundorum atque doctorum subiugant Christo. 412-427 AUG Ciu 18.24.3. philosophorum subtilis et acuta loquacitas.

acutulus, a, um. *dem.* (→acutule) *contemptum erga examen nimis criticum, quod in ridiculum uergit, significauit • significó el desprecio hacia el examen demasiado crítico, que raya en lo ridículo, como 'pedante', 'puntilloso' o 'listillo'* 45-44 CIC Nat deor 3.18. Zenonisque breuis et acutulas conclusiones ... differemus. 160 GELL 17.5.3. rhetoricus quidam ... haut sane ignobilis ex istis acutulis et minutis doctoribus, qui τεχνικοί appellantur.

b4 RHET *ad dicendi genus subtile enucleatum acre pertinuit • se aplicó al estilo sutil, sobrio y directo* [**HYPER** genus dicendi **SIM** acre, enucleatus, peracutus, subtilis] 55 CIC De orat 2.98. acutissimum et subtilissimum dicendi genus est consecutus. 3.32. acre, acutum, enucleatum. 3.66. orationis ... genus habent fortasse subtile et certe acutum, sed, ut in oratore, exile, inusitatum. **INSCR** 198-211 HD 30679 *Roma.* acutissima oratione.

c *ab interno acc. eo prouentum est ut* acutum *et* acuta *adu. interdum considerarentur • procedente de un acusativo interno, se desarrolló un uso adverbial de las formas* acutum *y* acuta 34-30 HOR Sat 8.41. acuta ululare. 1.3.76. cur in amicorum uitiis tam cernis acutum quam aut aquila aut serpens Epidaurius? 394-404 CLAUD Sext cons 628. graue parma sonat, mucronis acutum murmur. 🕮 **GLOSS** 2.384.51. acutum cerno : ὀξυδορκῶ.

in acutum. *loc. adu.* *acuto modo • de forma puntiaguda* 370-400 PHYSIOGN 58. Humeri tenues et qui in acutum erecti sunt insidiosum hominem indicant.